Fragmentarium

ditatem timentibus nomen tuum
domine. Ps. Exaudi deus depre. a.
Annunciauerunt opera dei et fa
cta eius intellexerunt. Ps. Exau
di deus orationem. V. Constitues
eos principes ſuper omnem terram.
R. Memores erunt nominis tui
domine. R. Vidi coniunctos ui
ros habentes ſplendidas ueſtes et
angelus domini locutus eſt ad
me dicens Iſti ſunt uiri ſancti
facti amici dei. V. Vidi angelum
dei uolantem per medium celi
uoce magna clamantem et di
centem. Re. Iſti. R. Iſti ſunt trium
phatores et amici dei qui contemp
nentes iuſſa principum merue
runt premia eterna. Modo coro
nantur et accipiunt palmam. V.
Iſti ſunt qui uenerunt ex ma
gna tribulatione et lauerunt
ſtolas ſuas in ſanguine agni.
Re. Modo. R. Vos eſtis lux mun
di dicit dominus Qui in patientia ue
ſtra Poſſidebitis animas ueſtras.
V. Et ego diſpono uobis ſicut
diſpoſuit michi pater meus re
gnum ut edatis et bibatis ſuper menſam meam

in regno meo. Re. Qui in. Gloria.
Re. Poſſide. Du tiers nocturne.
a. Peccatorum confringam cor
nua et exaltabuntur cornua iu
ſti. Ps. Confitebimur. a. Lux orta
eſt iuſto et rectis corde leticia. Ps.
Dominus regnauit exul. a. Cuſtodie
bant teſtimonia eius et precepta
eius que dedit illis. Ps. Dominus regna
uit iraſ. V. Nimis honorati ſunt
amici tui deus. R. Nimis confor
tatus eſt principatus eorum. R.
Iſti ſunt uiri ſancti quos elegit
dominus in caritate non ficta et
dedit illis gloriam ſempiternam
Quorum doctrina fulget eccleſia ut
ſole luna. V. In omnem terram
exiuit ſonus eorum et in fines orbis
terre uerba eorum. Re. Quorum.
R. Qui ſunt iſti qui ut nubes
uolant Et quaſi columbe ad fene
ſtras ſuas. V. Candidiores niue
nitidiores lacte rubicundiores
ebore antiquo. Re. Et quaſi. R.
Gregem tuum paſtor eterne non
deſeras ſed per beatos apoſtolos tu
os Perpetua defenſione cuſtodias.
V. Protege domine populum tuum

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 201, CL_201_2v – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k8r7/9862/71844)